adhibeas quãdo areſacientia. A principio igitur cum exęſtuatio adeſt, extinguere ſuccum quærendo collyrium, diſſoluentes illi nimus rubrũ oculi, et ſtrychnus cum dulci uino ſolutus. et iniectus carbũculo ſtatim nuſq̃ uideri facit, atq; hæc ductio primo quidem uęhementer iuuat At frigeſacientia cataplaſmata admota carbũculis in oculum trudũt, quod a carbũculo defluit, et placat exteriores inflãmatus, periculum fuerit ne ipſum labefactet oculũ. Hoc enim ſtrychnꝰ facit adhibitus cum muſto tumorem leuat ſed replet oculũ, carbũculos iam depaſtos uarie curare expedit, quod enim ab eis defluit acutum, et lancinoſum eſt, inde proxima depaſcitur loca, periculumq; eſt ne oculus offendatur, abroſio namq; his eſſe conſueuit. Conuenit ergo ſuggere ſpongia, & mediocriter oculum hauriendo purgare coctione roſarum. uel batorum. uel capreolorum uitium. tepidior autem ſit decoctio, uel potius lactea. Quod ſi ſcaturiẽtia fuerit loca, quod multum depaſcantur, ciliorum nanq; ſæpe ſit delapſus ad huiuſmodi fluxus hypocyſtidis, ſuccũ ammiſcemus aquę & myrto, et acaciæ illinimus loca Expedit certe ad curãdũ corpus materias colligere. præcipue medias, nã medicamina admo

dum efficacia loca non patiũtur, ut eſt rubi
go, & id genus alia. Morſu namq;, & ſi ſpẽ
habuerit, oculus etiã ea priuatur. Neruoſa
ſiquidem loca, et præcipue nudata carne
offendũtur a plurimũ mordentibus, & per
inde ſtuporem inferunt, Tunicam igitur
malorum punicorum exteriorum præſer
tim acidorum, ferueſaciendo cum lente, et
interiorem abradendo, et diſſoluendo cũ
exiguo melle, magnam afferunt utilitatem
ſubitam enim purgationẽ faciũt, et humo
res illatos oculis aliquantulũ ſiſtunt. Nam
pingueſacientia paſtus intendũt, paſtione
intenta uino coquere expedit mali granati
cortices toſtos ſolutos cum melle, qui im-
poſiti ſoluũt Apollonius autem inquit
carbũculis oculorũ huiuſmodi utimur me
dicamine ſpodii drachmis. iiij. lapidis ſciſ
ſi drachmis. ij. croci triobolo myrrhæ trio
bolo diſſoluẽdo cum uino odorato, quo-
ad exaruerit, miſce cretici dulcis, uel alteri9
non acuti acetabulum, & diſſoluendo aſ
ſume, & ſubillinito. Amouet enĩ cruſtulas,
& purgat hulcera, ſeu morbus extra in ci-
liis ſiue in profundo ſinu recõdatur Facit
autem etiam ad fluxum, & ad inflãmatus
Sin dolor oculum tenet. ſubillinito hocce
collyrio, et paſtum ſubito ſiſtet plumbi ſco

rias diſſoluendo, & abluendo drachmæ. iiij.nardi ariſtę drachma gummi drachmę ij,oliuarum foliorum .cxx.ſuccus cum ac etabulo aquæ, immittendo ſuccum,et co lando, & diſſoluto utere. Verum non eſt cataplaſmatis multum inhærendum. Intẽ- dunt nanq; tabem, & multum offendunt oculum,ut in puſtulis dictum. Aliquantũ ergo pacatis ĩflammationibus ſtatim cata plaſmata dimouemus,& ab carbũculis,& a puſtulis.In locis autem inflammatis cir- ca aures locorum uicinitate languentibus ſplenium impone butyrinæ cerotes.

De cancroſis hulcerib9 in oculis
Ex Demoſthene

In oculi nigro genita hulcuſcula ſine ci catrice dolorem facientia uaſa parua habẽ tia,rubentia carcinode nominata,quę quã doq; exiſtimãtur in cicatricem ſolideſcere, reſoluũtur abſque manifeſta cauſa. Diſcur rentes aũt fiũt compunctiones ad tempora uſque, conſequiturq; defluxus mediocris humidi acuti,& tenuis.& in oculo albugo & nigricia ſemper rubeſcit.cibiq; caret ap petitu.Intenduntur autem ipſis uæhemen ter dolores,cum illiniũtur acutioribus me dicaminibus.Fit is morbus,pręcipue ſeni oribus uetuſtis lippitudinibus, & mulieri

bus, q̃b⁹ meſtrua defecere totius corporis cura diligens habenda. Mitigari aũtp oſ ſunt uictu commodo, inde etiam ex medi caminibus, quæ pacare dolores queãt. Vi ctus ergo ſit huiuſmodi. cum e ſomno ſur git ungito mediocriter corpus dulci oleo. caput aũt roſaceo aliquãto, uel omphacio Explicetur obtendaturq; rhaccus oculo in de deambulare iubeto in loco obſito tene bris, ubi uenti nullus ſtridor, ne quatiat ca put, q̃ maxime fieri poſſit, multo utatur, & quieto ambulatu ĩgrediatur domum tene bricam, nec collucentem. corpus perũgat caput tamẽ ne fricetur. at ſpina, & infernæ partes. inde ſumat lactis aliquid mediocri ter cocti, ſublato concreto acetabuli mẽſu ra. illata nanq; acumina obtũdũt. ſolutam habeat aluum. Quod ſi ad lac fuerit inepti or. rurſus immitte farinę dulci mediocriter ammixto lupino, & ſorbeatur. inde bina oua abſorbeantur. Diurnus præſertim ex prandio ſomnus fugiẽdus. circiter horam decimã fricentur. ſumatur panis cũ aliqua coctione, quæ tenax aliquid habeãt, ut ſũt oua ſorbilia. cerebrum procinum coctum in aqua, Ex piſcibus murænam, narcamã glauciſcũ comedat. Ex holeribus. maluã. atriplicem lactucam, proferantur etiam ſal

ſa, & laganum in iure auis coctum. pedes ſuis, cuncta mediocriter cocta. uinum potādum eſt album, & tenue ſubacerbeſcens, et ipſum mediocre, a ſalſuginibus autem omnibus, & leguminibus prorſus abſtinēdū, balaneo quoque, niſi urgeat laboris cauſa neceſſitas, uel tarda concoctio & ne tum quidem diutius cōmorandum, ſed ſtatim exeundum. Obſidēte autem dolore, & ſacto defluxu, ac deſtillatione illinendum medicaminibus, quæ ſint purgādis idonea, hulceribus non uellicantibus, ut ſpodiacum ē, & Cleonis, & ſimilia, Inſtillandū in oculū perpetuo eſt ouū, aut lac muliebre tepidū. mitigat autem etiam lentis coctio inſtillata aut arnogloſſi, aut portulacę. Ad temporū uero dolores Nili diarodō collyrio. ſi naūt ob uæhementes ardores cataplaſmata cogemur imponere ex capitibus papauerum cataplaſmate utēdum leuiſſimo. Iam dictū eſt fugienda cataplaſmata oculis habentibus calidam affectionem. Abſtergendum autem ex capitibus papaueris cataplaſmate, & inſuper croco, & lacte muliebri

De cicatricibus, uel leucomatis

Cicatrices omnes in nigro oculi albæ apparent. Denſeſcente nanque ceratoide tunica, neque illuſtrante, ſubiectum ſibi co

lorem cæruleum. Præcipue autem, quę ſu
per excedunt, albicant, quæ autem planæ
æque ſunt albæ, at magis cauæ eiuſdem ſer
me coloris ſunt cum nigro, quæcūq; uero
obſtruentibus medicaminibus ad cicatricē
uſq; curantur, magis hebetant, quod char
tilagines multum denſeſcant obſtructione
at calloſas, & ueteres, & craſſas cicatrices
cauendum ne curemus In huiuſmodi nāq;
neceſſe fuerit admodum acutis uti collyriis.
Ex uæhementi ſiquidem morſu, aliæ oculi
partes exhulcerētur, neceſſe eſt, Si uero etiā
ſuffuſio, & glaucitas fuerit. fruſtra cicatri
ces abſterſerimus. Præ cunctis autem expe
dit ſubextergere cicatricem uolentibus ui
ctu corpus conuertere, quo materia medi
ocris ſubſternatur, & boni ſucci toti corpo
ri. Expedit ergo ab acutis omnibus abſtīe
re, & ſalſoſis, & craſſi humoris, necnon a
multo uino, magnam habere curam bonę
concoctionis, mediisq; utendum boni ſuc
ci, in curæ tempore balaneo abſtinendum
ante cibum perungi debent, beneq; conco
xiſſe, & capite, et toto corpore leues, ſubdu
cta prius aluo, neq; cum e ſomno ſurrexe
rint, ſtatim perungi, neque ante prandium
Auertenda ſunt cicatrices denudantia. Di
ſtillationibus autem aduenientibus ex me

dicaminum acumine & ardoribus, & reſolutionibus eſt, cum cicatricum hulcera fiāt profūdiora, inde compelluntur rurſus ob ſtipantibus, & impingentibus uti collyriis cicatricesq; denſiores efficiunt.

Ex Galeno.

Materia attenuās cicatrices, & leucomata eſt huiuſmodi, ut utēdum ea quidem ſit in eis, quæ poſſint attenuari, mediocribus utendo medicaminibus. Abſtergendi aūt non minimæ participant potentię æs combuſtum, & æris ſquāma, & eius flos, & exuſta chalcitis. Si diſſoluta hæc fuerint adhuc uim abſtergendi habent, tanto imbecillio ra effectu, quanto minus mordent. Atqui tutius utemur eis, quæ minus mordeāt Inter hæc ualidiora ſunt miſy, & ærugo, & ꝑinde callis ualde congruunt. Quidam his adiiciunt cicidas medicamen ad obſtruendum uæhemens. Væhementius autem eſt ad obſtruendum cum acumine chalchanthum temperatius fit multo exuſtum, & lotum, ſquāma ferri eiuſdē materiæ, cūctaq; obſtruentia multum ſubſtantiæ ſunt terreſtris. aſperitates, & duricies, & callos lique faciunt, ſicut miſy, & rubigo, & id genus alia. Quæ autem in genere ſuccorum ſunt, ſicut omphacium, & hypociſtis, glauciūq;

acacia abluitur, facile in ſubunctionibus cum lachrima. Abſtergētia uero ſine morſu ſunt, cerui cornu uſtum, & caprarum At libanotus tradiſſimā participat abſtergendi potentiam ſine dolore, concoquiturq; facile. Animalium autem iam dictorum cornua abſtergendi uim habent non ſine dolore, neque uim concoquēdi habēt, quæ frigida, aridaq; ſunt temperamentis, libani cortex quidem ipſe quoq; plurimum Deficit ab iam dictis multum cōcuſſio fracti per onera libani, quam uocant manna differt a libanoto, quod obſtructionis aliquantum admittat. Conferuntur nanq; ei exigua quædam corticis fragmina. Itē abſtergens quiddam habet etiam, quod uocatur armenium, quo pictores utuntur, & atramentum indicum, ob hoc minime inflammatis hulceribus ſine moleſtia cohæret. Mixtæ ferme eſt poteſtatis alohe, ſicut roſa, habet enim quiddam amarum, quod abſtergens eſt. habet etiam quiddam obſtruens, quod cogit, & in ciratricē obducit hulcus. ſales uero ammoniaci, & lapis aſius, floſq; ipſius ualidiſſimum medicamen. Quare impetiginoſis in cilliis affectionibus congruit, ex aromaticis medicaminibus, his commode ammiſcentur ca

ſia et malabatrum, et amomum quę diſtrahendi ſũt poteſtatis, participantiaq; obſtructionis commune in omnibus eſt, ut noſſe oporteat. abſtergentia medicamina quæcũq; mediocria ſunt, & quæcũq; duricies, & callos liquefaciunt, ea oĩa etiã cicatricibus aſperis cõgruũt.

Auxilia ad cicatrices, & leucomata.

Dracontii habentis ſemẽ in terra occultum ſimile piperis cape, et diſſolue cũ melle, et illinito. Aliud. Ad cicatrices, & hebetem uiſum. rutæ ſeminis drachmæ. ii, armeniaci manipuli. viii. ſalis ammoniaci manipuli. iij. ammoniaci ſuffumigationis manipuli. iij. arido hoc utere. Aliud. Hirundinum iuuenum, uel hirundininorum pullorum auffer capita, et exurito ĩ aula, et diſſolue. impone in uaſe fictili, et utere. Præſtãtiſſimum nanq; adiumentum eſt percuſſis oculis.

De oculorum imbecillitate, Ex Demoſthene.

Celſ. li. 6. ĩbecillitas oculorũ ẽ ex q̃ qdã interdiu ſatis, noctu nihil cernunt.

Imbecilles dicuntur oculi, qui neq; albũ neq; lucidum, neq; ruffum ſpectare queunt ſed tali cauſa oblata lachrymas fundũt. pręſertim inter legendum. Differũt autem hi ab rhœadicis, quod rhœadici abſque ulla extrorſus cauſa lachrymãt. hi autem cauſã

nacti. Sunt igitur curandi deambulationi bus. curſibus, exercitiis partium ſupernarũ cum frictione, & ſpiritus retentione, capite raſo, frictione leui oculorum poſt exercitia & frigidæ aquæ in caput infuſione. aquæ potu quoq; utendum, uictuq; mediocri. cõ fert etiam legere cum clamore, ac ſcribere. medicaminibus ſi quando utẽdum ſit uta tur obſtruentibus et refrigerantibus, necnõ emplaſtris

De myopia.

μύωψ. luſciosus Myopes dicuntur ex genitura ipſa parũ & prope cernentes. magna uero, & longe ſpectare non poſſunt, cum legunt declinãt in librum oculos, ac qui inęquales ſcordo phthalmi, qui æquales habent oculos. eo‑ rum affectio non ſubit remedium ullum. Sunt autem luſcioſi.

De nyctalope,

νυκτάλωψ Nyctalopa autem uocant græci cum cõtingit interdiu quidem cernere per ſolẽ obſcurius noctu porro nihil. Hoc ſane fieri uidetur ex quadã capitis imbecillitate prę ſertim ob optici ſpiritus craſſitudinem, reli quosq; circa oculum humores, necnon tu niculas. Aliquibus autem contingit, noctu quidem melius cernere. interdiu uero de terius, noctuq; lucente luna non cerni hoc

ſane raro. Hoc autem primum pluribus conuenit. Curandi uero ſunt, q noctu non cernũt bene habentes, ut detrahatur ex ancone ſanguis,& canthorũ. Qui uero humores malos purgant, medicamine uiciſſim lato, inde poſt generalem euacuationem utẽdum eſt apophlegmatiſmis perq; nares purgare cõuenit,& ſternutamẽta mouenda Errhinũ autem ipſis hoc maxime congruum, piper uuæq; agreſtis manipuli.ii.ſinapis manipulus, ipſa ſecando colando q; ĩmitte teutli radicum ſuccum, ut mellis humidi complexum habeat, pariterq; diluito, infũde in nares, iubeq; auellere, hoc q; facito ad dies ſeptem, uel ſaltem quinq; utitorq; alliis errhinis iam prius deſcriptis, ubi de naſi diximus ęgritudinibus, bibantq; ante cibum hyſſopum, origanum. rutã Victus uero omnibus ſit attenuans, quæ ſi minus ualeant, rurſus purgamen dato cuiuſmodi eſt hoc, ſcamonię quidem tribolũ caſtorii uero obolos.ii. & ſalis triobolum ibecillioribus ſcamonię obolos.ii. immitte. Hęc enim purgatio ſæpe ſtatim morbũ amouit, aut multo melius conciliauit Poſt dies autem paucos dato purgatoriũ pituitæ, quod etiam bilem agat, queãdmodũ hoc colocynthidis oboli ii. ſcamoniæ. obo

ſi,iiij.alohes oboli.iiij. ſume catapotia ſex datocꝫ mediocris habitus mortalibus.iij. ualidis autem cuncta. Illiniendi ſunt oculi melle ferueſacto ſuffundendaqꝫ cuncta humida,uel oleo uetuſtiſſimo ſimiliter inūgēdi,uel alumine ſciſſo uſto inteſta drachmis ij.ſalis ammōiaci,uel cappadoci drachma diſſoluta cū melle ſubūgito,uel cyclamini ſucco cū melle,& lacte muliebri,uel hyęnę felle cum melle. Continuus autem auertēdus eſt uſus acutorum medicaminum. At continue utendum eſt oleo uetuſtiſſimo.uidetur aliquibus iuuare hirci hepar toſtum cum ſale ſine oleo calidiſſimum manſum. Alii autem coquendo iecur uiſum uapori obducunt caleſaciendo oculos. Opitulať etiam elaterium cum melle illitum, & fel ꝑdicis,aut capræ agreſtis,uel hirci. Vniuerſus certe uictus attenuet, a principio abſtīnendum a uino eſt. auertenda uero craſſa reddentia omnia,noctu melius ſpectātibus Interdiu autem deterius ſunt, qui putent multum attenuandum eſſe ſpiritum,uel tunicas rareſaciendas,diſperſo ſpiritu uiſum obſcurari. noctu uero denſeſcente, & cōſiſtente mouere ſenſū,expeditqꝫ in his magis firmitudinem oculo indere. Erophilus contra, ubi de oculis loquitur,interdiu nō

Erophilus.

cernentes inquit gũmi. crocodili terreſtris ſtercus. miſy. fel hyænæ diſſoluito cũ melle ſubter illinito bis in die, & ieiuno dato iecur hirci, Alii putãt poti9 id faciẽdũ, noctu nõ cernentib9. De hebeti uiſu, Ex Galeno

Hebetudo autem uiſus eſt obtuſitas cernendi, pluribus exorte de cauſis aut optico ſpiritu denſeſcente, aut tunicis denſeſcentibus, ac craſſeſcentibus, aut in oculo humoribus craſſis, & glutinoſis affectis, Contingit autem hebetem fieri uiſum eorum, qui longo oblanguere morbo, & qui capti fuere ingentibus mœroribus. In ſenibus aũt denſeſcunt humores, & tunicæ, & opticus ſpiritus fit imbecillior imminutio multa et collapſus, & uelut ſordidatio optici nerui tunicis oculi denſatis, & craſſioribus effectis Senum nanq; humoribus in oculo cõminutis, minore deſuper ueniente ſpiritu in pupillam, defluit tantum ſæpe tunica ceratoides, ut alii quidem ſenes prorſus non cernant. Alii uero male, & uix modo cernãt, ĩcidũt nãq; ſordẽ afferẽtes, ut uelut tũica duplicẽ. Adiumẽta uero hebetẽ habẽtis uiſũ cõmuniter ex eadẽ fere componũtur materia, ex qua in principio ſuffuſionum quædam impacta memorata ſunt collyria quædam humida, quæ duris inflãmationibus congruunt tunicarum, quædam arida

de quibus mox dicetur.

De obſcuritate, atq; caligine, Ex Demoſthene, et Galeno

Caligo eſt omnino, uel multum cernẽdi impedimentum abſque morbo manifeſto in oculo, pupilla apparente pura, & alios quidem paulatim morbus obſidet. alios autem confeſtim inuadit, ut parum admodum uel aliquando non cernant Paulatim igitur obſidentis caliginis multę ſunt cauſę quæ de obtuſo aſpectu iam dictæ ſunt. Cõfertim autem collabentis, aut opilatio eſt optici nerui, craſſis, & glutinoſis hũoribus in ipſum ſtatim incidentibus, uel paralyſis ipſius nerui. Præcedunt autem hunc morbum continuæ incoctiones, & potus intẽperantes, ſub ſole commoratio, exuſtio capitis, uel refrigeratio, uel poſt cibum iugis lectio, uel balanea ſimiliter continua in cibo, & uomitus inoportuni. coitus immoderatus, et intempeſtiuus, & uiolenta ſpiritus retentio, ut tubicines faciunt. Hæc nimirum, & id genus alia immoderata cum fuerint, hebetem uiſum reddunt. at ſupra modum caliginem obducunt. Fit quandoq; etiam caligo ex uæhementi capitis percuſſione, uel lapſu ex ſublimi diſſoluto, luxato ue quandoq; optico. aliquando fracto, uel

Celſ. li. 6. Caligare uero oculi nõnũq̃ ex lippitudine. non nunq̃ etiã ſine hac, propter ſenectutẽ imbecillitatem ue aliam conſuerunt.

quod omnium placidiſſimū eſt, ualida con cuſſione humorum multitudine illata, qui opticum obſtruunt neruum. In meatus igi tur luxationibus tarde mouetur ocul9, aut prorſus non mouetur. Cum uero ui per- cuſſionis capiti inflictæ, aut caſu frangitur cerebri meatus. Primo quidem uacillãtior oculus euadit, poſtremo autem cauatur et recedit. Cum porro humorum multitudi- ne craſſorum, uel tenacium opilationē ſta- tim meatus ſubit citra aliam cauſam capi tis grauitas conſequatur, neceſſe eſt, preſer tim introrſum in oculorum radicibus, con ſeſtim obſcuriores oculi effecti curandi ſūt, ut ſanguinem ab ancone detrahamus, ſi redūdans fuerit æger. Celerrimum ac pre ſentaneum eſt auxilium ſanguinis e uena detractio, inde paucos poſt dies, collo inne ctendum uinculum, et aſtringendum, cum circa frontem uaſa intumuerint, remitten dum, tertioq; idem faciendo motu ſpiritus & humorum uiolenter fluctuent opilatio nes, inde tumentes, eleuataſq; uenas utrin- q; ambas ad naſum diſcindere cōuenit, ua lideq; euacuare. Sunt enim qui referant ex eis encathiis appellatis uenis ad tria uſq; eduxiſſe accetabula inde ſtatim cucurbitula cum ſcarificatione inio admouēda eſt. Ac

cidit enim ſæpe, ut ſtatim admota cucurbi tula homo rurſus uideat, nec tamē ſatis hoc adiumentum haberi debet ſed uis reuocā da, tertioq́ die purgandus eſt, inde uictus inſtituendus. Qui uero pauci fuerint ſāgui nis, a canthis ſtatim ſanguis educendus eſt, inde cucurbitula inio admouēda, inde pur gandum. Victus autem maxime aptus, q aluum ſoluat, quod nutrimētis comparabitur, ut inprimis bene concoquatur pro uidebimus, ad aliquot dies alohen potādā dabimus catapotiis cum terebinthina Prodeſt quoq́ cnici ſuccus cum melle. Infernarum quoq́ partium exercitiis utēdum eſt, pluribusq́ deambulationibus in opertis locis, uitādusq́ uini potus, prorſus exhibē dus aquæ potus, uitandum quoq́ omne nutrimentum ſpiſſum, necnon iugis coitus ac ſub ſole calor, neq́ amāda ablutio, neq́ interdiu dormiendum, neq́ poſt cibū motum eſſe uæhementem conuenit, uel ne quidem legendum, uel ſcribendum. fugienda ira. furor animi. cura ualida, ſtupor ingens & exitialis metus, præcipue poſt cibum, cō tinuiq́ uomitus. Diluenda autem quottidie facies aqua frigida. preſerti m pluuia. totum corpus alia irrigandum, uetuſto autē morbo, per naſum purgandum eſt caput,

naribus inſerẽdo, quæ de cephalalgia me-
morata ſunt. Vtendum etiam ibi memora
tis apophlegmatiſmis. oculorum autẽ ſub-
unctio, uetuſto iam morbo. Primũ quidẽ
ſimplicibus fiat, uelut melle fumi experte,
uel uetere oleo, poſtea utẽdum compoſitis
Commune autem ad omnem caliginem,
& hebetudinem etiam hoc. Videtur etiam
facere ad tunicarum craſſitates, croci drach
ma. zinziberis drachma. piperis grana. xv
nardi ſpicæ oboli. xii. fœniculi ſucci drach
mæ. xvi. ammoniaci. thymiamatis drach-
ma mellis unciæ. v. cuncta diſſoluendo in-
funde marathri ſuccum ad drachmas. xv.
inde diluendo arefacito, & miſcendo mel
ſumito in pyxide ærea, & utitor. anteq̃ illi-
nias, exæſtuare conuenit, ſpongia oculos
marina aqua intingendo, quandoq; etiam
facies in marinam tepentem aquam immit
tenda, Hæc omni caligini ſunt communia
proprie uero per attritum multorũ, & craſ
ſorum humorum meatui illatorum, ut cer
nere prohibeant. poſt ſanguinis detracti-
onem ex uena, & cucurbitula, poſtq; pur-
gationem caput eſt ſinapizandum, inde eti
am medicamine clyſtico inium hulcerãdũ
infuſioneq; utendum in caput aquę calidę
magisq; ſi ſalſa ſit, uel nitroſa.

D ij

Celſ. li. 6.
At ne reſo
lutio qdē
oculorū(
quam
παράλυσιν
Gręci no-
minant)
alio uicꝰ
modo, ut
alijs medi
camētis
curāda eſt

Non opticus modo neruus, ut iā dictū
eſt uerumetiam totus aliquando oculus
diſſoluitur, atq; contremiſcit Aliquando re
liqui corporis dextris, uel ſiniſtris partibus
uacillantibus . Eſt autem quando proprie
fit circa oculum modo paralyſis. totus ali-
quandoq; oculus, ac ſi cilium uacillat con
tinue oculus afficitur, & cilium ſub ſenſum
non cadit, ſin autem oculus diſſoluatur, &
uacillet in obliquū, & ſurſum, & dehorſū
efficere id non quit, ac ſiquis ſubungat acu
tiore medicamine non uellicatur Si cilij tā-
tū fuerit uacillatio prius purgato toto cor-
pore ſalſugine aquę, & aquæ potu utendo
& multo deambulatu, & frictione multa
partium infernarum . Illiniendum autem
continue cilium alumine ſciſſo cum aceto
acuto, & calidioribus collyriis aut diaſandi
cos, ſi nō ſiſtat, aſſumendum cilium eſt, To
tius oculi paralyſis difficilem curam admit
tit, præſertim natu grandioribus eueniens
ſin ex genitura proueniat, dirigi impoſſibi
le eſt . Quibus ergo ſpes ſalutis ineſt, hæc
adhibenda cura eſt, Præ cunctis quidem ſi
boni ſit habitus, ſecāda eſt ab ancone uena
inde aluus diluenda, inde purgamen. habē
dum corpus exinaniens, inde utendum

apophlegmatiſmis,inde ex naribus purgã
dum,poſtea inio admouenda cucurbitula
cum ſcarificatione,temporibuſq; ſanguiſu
gæ.per ſe prius potandum caſtoriũ, & cũ
abſinthio dandum etiam hyſſopum gly-
con.ruta cum oxymelle,& ſale,inde caſto-
rio caput illiniendum cum roſaceo,& ace
to,ex eodem unguine molli eſt ſumendum
lana,& hianti oculo immittendum, non ĩ-
ſtillandum quidam arbitrantur.bis quotti
die curandus.illinienda extrinſecus cilia &
frons caſtorio cum croco,cum aceto,uino
autem,& eſu carnis,& multo cibo, & craſ
ſi ſucci pulmento prorſus non utendum.
Sumenda uero omnia, quæ excrementa
facile ſolubilia faciunt,& humores attenu-
ent. Primis temporibus auertenda etiam
balnea, & exæſtuationes, & ſolis ardores.
Vomitibus autem utendum ieiunis ab ra
diculis ſedendo obligato, & abſq; faſcia,
multaq; obuolutione.

De glaucoſi.

Glaucoſis duobus dicitur modis Nam γλαυκίζω
proprie glaucoſis mutatio in glaucum eſt obtuſe
& ariditas, & coitio cryſtaloidis humoris, uideo,
Altera porro glaucoſis ſpecies fit ex præce
dente ſuffuſione denſeſcente ad pupillam
humore ingenti,et areſacto,Hæc plane in-

curabilis eſt ſpecies. Propriam uero glaucoſim incipientem quandoq; poſſis medicare, de ambulatu pro uirib⁹, et totius corporis frictione, lauacriſq; præſertim capitis Aeſtate uero etiam frigida lauari profuerit caput attondendo, oculiq; ſubungendi ſolo ueteri oleo,

Celſ. li. 6. Suffuſio quoq; (quam ὑπόχυσιν nominãt) interdum oculi potẽtiæ qua cernit, ſe opponit.

De ſuffuſione, Ex Demoſthene.

Suffuſione humorum eſt, ubi offendũtur ad pupillam denſeſcẽtes, proinde cum perfecta fuerit impedit obtutũ. Incipiente aũt ſuffuſione hæc languentes conſequuntur tanq̃ culices exigui, & obſcura ſæpe ſine ceſſatione offerri uidentur oculis, trifidaq; ipſorum aliqua uidentur, alia ut lanarum uellera, aut aranearum texturæ, aliquibus circa lucernas circuli uidentur, his prius apparentibus, quandoq; pura uidetur pupilla in diligentius deprehendentibus aliquãdo marinum colorem, habet nempe cæruleum, aucto autem morbo, augẽtur etiam quę obueniunt, ut homo nihil cernit, pupilla colore in album tendit, & prorſus non ſplendeſcit. Colores autem multifarij ſunt. alij enim ſuffuſionibus aeri conſimiles, quidam uitro, quidam albicant: quidam ĩ magis cæruleum cõuertuntur, quidam magis glauceſcunt, remediumq; non admittunt

Curādi autem ſunt a principio ſuffuſione obtenti ſanguinis detractione ab ancone, niſi quid impediat, clyſteribusq; acutioribus, & purgationibus, inde cucurbitula inio cum ſcarificatione admouenda, apophlegmatiſmisq; utendum, & errhinis, A uino in tota eſt cura abſtinendum, a cunctisq; caput implentibus. lauacro quoq; niſi laboris cauſa, tardæq; concoctionis lauare neceſſe ſit. & ne tum quidem in aere diutius commorandum paulatimq; excedēdū uictus omnis ſit attenuans. Medicaminib9 utendum primo quidem ſimplicibus, uel uti melle, & oleo ueterē, & fœniculi ſucco inde etiam compoſitis humoribus, & aridis medicaminib9, atq; collyriis, quę mox ſuo loco memorabuntur.

De mydriaſi, ſeu platycoria.

Mydriaſis, & platycoria uocatur, cum pupilla ſuo colore nihil habet alienum. At q̄ eſſe aſſolet multo latior, ut iris circulo quandoq; ſimilis eſſe uideatur, et aliquādo obtutus impeditur. Aliquando ſpectant, & quæ cernuntur minora eſſe putantur q̄ ſint fuſo optico ſpiritu. Naſcit̄ hic morbus ex humorum grauedine, aut cōfertim delatorum, aut pedetentim, ut ſub ſenſū non cadat extenſo rhagcide, & latius extenſa

Celſ. li. 6. Non multū ab hoc malo diſtat id (qđ μυδρίασιν Græci uocāt (Pupilla effūdit & dilatat̄, aciesq; ei9 hebeſcit, e

pupilla.Hic autē morbus incurabilis. char- tilaginoſa nanq; cum ſit rhagoides,cum ſe- mel diſtincta fuerit obdureſcit.Fit hic morbus potius pueris ob tunicarum imbecillitatem , & nigri oculi natura, magnæ ſunt pupillæ Curandus eſt morbus ſi nihil prohibeat, ab ancone ſanguinem dethrahēdo uel purgando,quod ſi hæc fieri nō poſſūt, ſoluendę ſunt uenæ encathii dictę,inde cucurbitulæ inio admouendæ,deambulationibus placidis,& pluribus utendum.Materia de quocunq; auferenda loco, ad interioraq; traducenda.ideo a principio clyſtere utendum eſt, atq; frictione partium inferiorum.poſt deambulationem etiā unctione, aqua marina facies abluenda, in hyeme tepida,in æſtate frigida , totaq; facies aquæ immergenda aliquandiu diductis, hiantibusq; oculis,ſi mare nō affuerit,ſalis aliq̄ntulum aquæ miſcendum eſt, aut oxycrato utendum aquoſo,a uino abſtinendū,quoad fuerit diſſoluta affectio,& uictus omnis tenuior ſit, & aluo ſoluendæ idoneus. balnei ſit uſus rarior, & tum non admodum caput perfundendum.Medicaminibus aūt obſtruentibus utēdum,ut roſa.croco.nardo,libani cortice.pompholyge, & ſpodio, & acacia.Nam uæhementer acutæ poteſta

tes euellentes humidorum copiam extēdūt tunicas,latioremq́ pupilam efficiunt.Ideo etiam obſtruentia multum , ſicut chalcitis miſy.& multum refrigerãtia, ut cicuta,quę conium dicitur , exaſperant chartilagines, multūq́ colligūt,& pupillã anguſtãt inutiliter in phthiſin ducendo.

De phthiſi pupillæ

Phthiſis autem dicitur pupillæ, cum anguſtior,& obtuſior fit Hoc autem fit pluribus ex imbecillitate in periculis aut in extēſis cephalalgiis, his quæ ſpectantur maiora uidentur ob pupillæ anguſtiam.Cura ĩ his ſit caligini contraria, partes exercendo ſupernas , humeros , & manus cum ſpiritus detentione,fricandoq́ caput,& faciem diligenter,ĩde oculos digitis extremis,aquaq́ calida proiectanda in faciem, ungendo caput unguento aliquo , quod calefaciēdi mediocrem uim habeat,ut irino,& parum differendo ſubungendi ſunt oculi,rarefaciente,& acutiore medicamine,et humorem attrahente,quale hoc collyrium eſt,ammoniaci thymiamatis drachmę.iiij corcomygmatis drachmis.iiij.croci drachmis.ij.rubiginis drachmæ . iiij . diſſoluendo in aqua cõpinge,& utitor. Pulmenta autem ſint facillime concoquibilia , & ſorbiciones , &

uinum cirrum, & bene olens, & ſomnus excipiat nutrimentum, aquæq; calidæ in caput infuſio.

De confuſione.

Confuſione autem oculi plagas fere ſequitur ingentes, acciditq; rhagoidus ardor fractis ĩ ipſo uaſis. Pupilla uero colore turbulenta euadit, et aut grandeſcit, aut imminuitur Curanda uero ex plaga confuſio ſãguinis detractione ab ancone, ſanguine uero recenter educto. præſertim ex turture, ſi minus columba totum complendo oculũ lana molli exprimendo, ouum diſciſſũ cũ uino, & roſaceo imponendum, idẽq; faciẽdum. tertio caleſactandum, & lacte perfundendus oculus, inde impingendi ouorum aſſatorum uitelli cum melle, & croco diſſo luto in pannum inungendo. At cum iam purgata fuerit pupilla, ſubũgẽdus antiquis affectionibus collyriis, ut aromatico, et chiaco Appollonij. facilior curatu confuſio. in quibus ſola dilatatur pupilla, quæ colore, & figura eadẽ permanet. difficilior curatu, in quibus pupilla uulſa.

De encathide.

Encathida autem uocant, cum ſupernaſcitur caro, aucto ad naſum cantho, quod præcipue ſit in canibus. in hominibus autẽ

redundat in mari uerſantibus conſueta igi tur encathis dura.inæqualis.cõpungens.la bores habens. conſuetæ curandæ, paruæ quidem aridis medicaminibus, ut ad can thos impetiginoſos cadmiam,et chalcitim adhibeas,uel cum id bene habet.alumine ſciſſo,miſys ſucco.chalcanthes æquis parti bus ſatis abſumit cunctas encathidas Maio res autem ex uitioſa conſuetudine encathi des capias,& abſcindas,ſi maior ſit exceſſꝰ acu expedit linum duplum habente ad ba ſim traijcere,inde linũ aſtringere, & paula tim dirimere, quoad liueſcat caro,ĩde ſcal pro auferenda,inde ſuccendere,& implica mina apponenda,ſpecillaq; deinde exæſtu are.tertio melle utendo curare. Cauẽdum autem ne e baſi canthus auferatur.cum car ne,quæ cõtra naturam ſit.

De ſãguinis eruptione ex cãthis

Sanguinis autem eruptio fit ex canthis præſertim pueris ob fletus perpetuos, atq; intenſiones reſeratis circa cilia uaſis. Curã di autem ſunt proſuſione ex oxycrato fri gido,& in caput offuſione frigidi oxycra ti,& offuſione aquę frigidę. Inſuſione uero utendum albuminis oui per ſe,& cum ali quo ad tenues fluxus cõgruente collyrio, & reuinctione partium inferiorum utẽdũ,

& craſſum faciente nutrimento. In pfectis uero immittendæ ſunt inio cucurbitulę cũ ſcarificatione.

De ſclerophthalmia, Ex De- moſthene.

Sclerophthalmia, hoc eſt oculorum duricia, cum dura fieri cilia contigerit, ipſũq; oculum duriorem, difficulterq; mobilem eſſe languentem, & intus rubentem, pręſertim cum ex ſomno exurgitur, difficulter diducuntur cilia. humiditas nulla euacuatur. ſordes in canthis conſiſtit, conuerſi ſunt. cãthi ſubareſcunt, & cũ cilia uolum9 cõuertere, non facile ob duriciẽ poſſumus.

Celſ. li. 6. Eſt etiam genus aridæ lippitudinis, ξηροφθαλμίαν græci adpellant, neq; tum ét, neq; fluũt oculi, ſed rubent tã tum.

De xerophthalmia

Xerophthalmia eſt cum ſubarid9 fuerit oculus pruriginoſus, & aliquantulum triſtis citra ciliorum duriciem,

De pſorophthalmia.

Pſorophthalmia autem eſt cum canthi ſũt hulceroſi, et rubri, et pruriginoſi, rubraq; cilia. & lachrymam ſalſam, ac nitroſam ſtillant. Cura xerophthalmiæ, & ſclerophthalmiæ & pſorophthalmiæ

Cura igitur trium harum eſt habenda ſtudioſior affectionum. quæ ſi negligãtur ſuffuſiõnum, et glaucoſium, et lippitudinis ueteris, & hulcerum, & ſtaphyiomatũ cau-

ſa ſunt Curanda igitur xerophthalmia cũ reliqua corporis cura.et humorem prouo cantibus in oculos,qualia ſunt,quæ arida uocantur medicamina, & Diacẽteion col lyrium,& huiuſmodi alia.At ſclerophthal miæ medendum ſimiliter medicaminibus quæ poſſint humiditatem ſecernere, ſubũ gendo.Eraſiſtrati hygra , & id genus alijs. Præterea utendum mollificantibus,& hu mectantibus, & ſpongiis continue exæſtu andum. auertẽda uero refrigerantia,et im pacta, & glutinantia medicamina,& frigi do offuſo. Obdureſcit namq; his magis oculꝰ,quod ſi ſimul fueris pſorophthalmiæ et ſclerophthalmia.humorũ acumine con ſueuerunt obdureſcere cilia, ut cãthi abro dantur,& exhulcerentur At oculus,& cili a difficulter mobilia ſunt,& dura,quæ ſũt ſpongia exæſtuanda. Primum cãthi attin gẽdi pſorico arido, inde aliquãto poſt ſpõ gia rurſus exæſtuandum, & ſubungẽdum unde humorẽ poſſis abducere.ut Eraſiſtra ti hygra.Eſt autem compoſitio ad impeti ginoſos canthos aridi hæc.chalcitis crudę drachmæ.v.cadmiæ drachmæ v cum ſo luta fuerint reponantur in aulula,& obtu retur, illiniatur gyſpo.in uaſe ponetur, ut habeat acetum mixtum. Extrorſus autem

aulula picetur, ne in ipſam humor influat dimittiturq; ad dies ſeptem, inde areſit in ſole. & diſſoluitur.

De ungue oculorum, quod pterygion a græcis uocatur, Ex Celſo, & aliis.

Pterygion, quod noſtri unguen uocant eſt membranula neruoſa oriēs ab angulo quæ nonnunq̃ ad pupillam quoq; puenit eiq; officit. ſæpius narium, interdum etiam temporum parte naſcitur, hunc recentem non difficile eſt diſcutere medicamentis, q bus cicatrices in oculis extenuantur. ſi inueterauit, iamq; craſſitudo ei acceſſit. excidi debet, Poſt abſtinētiam uero unius diei aduerſus in ſedili contra medicum is homo collocandus eſt, uel ſi auerſus, ut in gremiū eius caput reſupinus effundat. Quidam ſi in ſiniſtro oculo uitium eſt auerſum, ſi in dextro reſupinum collocari uolunt. Alterā autem palpebram a miniſtro diduci oportet. alterā a medico. ſed ab hoc ſi ille aduerſus eſt inferiorem, ſi ſupinus ſuperiorē. Tū idem medicus hamulum acutum paulum mucrone itus recuruato ſubiicere extremo ungui debet eumq; infigere, atq; eum quoq; palpebram tradere alteri, ipſe hamulo apprehenſo leuare unguem, eumq; acu tra

ijcere linum, trahente deinde acum ponere, lini duo capita appræhendere, & per ea erecto ungue, ſi qua parte oculo inheret, manubriolo ſcalpelli diducere, donec ad angulum ueniat, deinde modo in uicem remittere, modo attrahere, ut ſic et initium eius, & finis anguli reperiatur. Duplex enĩ periculum eſt ne uel ex ungue aliquid relinquatur, quod exhulceratum uix ullam recipiat curationem, uel ex angulo quoq; caruncula abſcindatur, quæ ſi uæhementius unguis ducitur ſequitur ideoq; decipit, ac ſi abſciſſa eſt, pateſcit foramen per quod poſtea ſemper humor deſcendit, rhypada græci uocant. Verus ergo anguli finis utiq; noſcendus eſt, qui ubi ſatis conſtitit, nõ nimiũ adducto ungue, ſcalpellus adhibendus eſt deinde excidẽda ea membranula, ne quid ex angulo lædatur, eo deinde ex melle linamentum ſuper dandum eſt, ſupraq; linteolum, & aut ſpongia, aut lana ſuccida, proximisq; diebus diducendus quotidie oculus eſt, ne cicatrice inter ſe palpebræ glutinẽtur. Siquidem id quoq; tertium accedit periculum, eodemq; modo linamentũ imponendum, ac nouiſſime inungendũ collyrio, quo hulcera ad cicatricem perducantur, ſed ea curatio uere eſſe debet, aut certe

ante hyemem, Pterygiorum hæc curanda ſũt, quę aucta in nigrũ inſurgũt, quę uero parua, & in albo ſũt, ea medicaminib9 ſũt attẽtãda, ut corripiant

Medicamina ad pterygia

Corripiũt autem abunde ungues, quod ex chalciti, & cadmia aridum pſoricum ad angulos impetiginoſos deſcriptum, & huiuſmodi, & rhyptica, Nempe abſtergentia cũcta collyria, quę ſtaphylomatis cõgruũt Archigẽes ait ad pterygia chalcãtes drachmæ. ij. ſalis ammoniaci drachmæ. ij. gũmi drachma. aceto diluantur. linamẽtum impõito collyria, & utere. Probatur hoc multum. nam abſumit ſtatim pterygia chalcitis conbuſtæ drachmæ. xx. chadmię. drachmæ, x. ſquammæ ruſæ drachma. piperis drachma, utere. Aliud eſt auferens funditus pterygia. chalcantes uſtæ drachmæ. ij. ęris combuſti drachma. aridum admittte inter auferendum cura diarodon, uel diacrocõ collyrio.

De chalazia palpebrarum.

Alia quoq; quædam in palpebris huic non diſſimilia naſcuntur, ſed neq; utiq; figuræ eiuſdem, & mobilia ſimul, atq; digito huc, uel illuc impelluntur, eoq; chalaziã uocant, cũ euerſis palpebris apparẽt aliqua

excedentia rotunda illuſtria ſimilia grādini.unde & nomen habent,quibus diſciſſis humor educitur ſimilis oui albugini.cura habenda.Subuertantur palpebræ,ſecēturqꝫ ſcalpello,educaturqꝫ humor.fricetur arido æris uſti, drachmæ.ij.ſquāmę drachmę ſandaraces drachmę.rubiginis.ſalis ammoniaci drachmarum . iij. croci drachmarū. iij.myrrhæ obolorū.ij.diſſolutis his utere. Fit aliquando extra palpebras chalazia, ſubdura.fabis conſimilis.Hæc ſi quis uiolentius attingat,dolores ſuſcitat ingentes. quandoqꝫ exoluitur, quæ incidi debet ab exteriori parte.dein ſcalpelli manubrio diducenda ab integris partibus ſi uelis curare medicaminibus his utitor.Ficus agreſtis groſſos coquito, inde impingito, aut ipſa ſicus folia.

De crithe,ſeu poſthia tuberculo palpebrarum

In eadem palpebra ſuper pilorum locū κριθὴ tuberculum paruulum naſcitur,quod a ſimilitudine ordei a græcis crithæ nominat̃ Tunica quiddam, quod difficulter matureſcit,comprehenſum eſt.Crithen inquam ſeu poſthiam uocant,cum in palpebris,ita (ut dictum eſt naſcitur)facilem admittit curam,ſanſa pomi calefacta, uel calido pane

& cæra alba calefacta,uel muſcę caput ab-
ijciendo reliquo corpore crithen fricando,
uel galbanem , & nitrum aliquantum im-
ponēdo,uel miſy crudum paucum cōmo-
lefaciendo , & breue nitrum implicando
imponito. idem præſtant ficus aridi cocti
cum œnomelle, diſſoluto cum pauca gal-
bane,uel ſagapenum cum aceto diſſoluto,
& illito calefaciendus etiam locus ſpon-
gia,& pane calido. poſt excretionē humo-
ris,melle utendū,inde ad hulcera collyrijs.

De ganglijs. atheromatis . ſteatomatis. meliceridib9. in palpebris tuberculis.

Celſ.li.7. cap.6. Hęc ueni- re in quali bet parte corporis poſſunt. c

Cuncta hęc uenire in qualibet parte cor-
poris poſſunt.reliqua certas habent ſedes
de quibus dicam orſus a capite In hoc mul-
ta uariaq; tubercula oriuntur ganglia. me
liceridas,atheromata,nominant.aliiſq; eti
amnum uocabulis. Quędam alii diſcernūt
quibus adiiciuntur ſteatomata ,quæ quā-
uis,& in ceruice,& in alis,et in lateribus o-
riri ſolent.per ſe tamen non poſui,cum oīa
iſta mediocres habeant differentias , ac ne
periculo terreant.neq; diuerſo genere curēt.
Oīa aūt iſta ex paruulo īcipiūt, et diu pau-
latimq; increſcūt,& tunica ſua includunt.
Quædam ex his dura, ac renitentia . quæ
dam mollia,cedētiaq; ſunt.quędam ſpatio
nudantur. quædam tecta capillo ſuo per-

manent, fereq; ſine dolore ſunt, quid intus habeant ut coniectura præſagiri poteſt, ſic ex toto cognoſci, niſi cum eiecta ſunt, non poteſt. maxime tamen in his quæ renitunt aut lapillis quædam ſimilia, aut cõcreti, cõfertiq; pili reperiuntur. In his uero, quæ cedũt, aut melli ſimile aliquid, aut tenui pulticulæ, aut quaſi raſę chartilagini, aut carni hebeti, & cruentæ, quibus aliqui colores eſſe conſueuerunt, fereq; ganglia renitũtur Atheromati ſubeſt quaſi tenuis pulticula meliceridi liquidior humor, ideoq; preſſũ circũfluit. Steatomati pingue quiddã idq; latiſſime patere conſueuit, reſoluitq; totam cutem ſuperpoſitam ſic. ut ea labet, cum in cæteris ſit aſtrictior. Curantur itaq; gãglia cerotis, & malagmatis, quæ dicentur ad gãglia, & aqua calida offuſa. Nerui enim eſt cõtractio ganglium. At melicerides, et exigua ſteatomata, & atheromata curantur aliquando. exurente medicamine imponẽdo uertici, quoad in profundum cutem expoſitam protrudat. inde poſt lapſum cruſtæ cyathiſcus melotridis adhibeatur, qđ ſi auferri non queat, colliquefiat ſubiecto medicamine. ſandaraces drachmis. ij. arſẽci drachma. ſquamæ æris drachmis. ij. ellebori nigri drachma, elaterij drachmis. ij.

charta combuſta cum roſaceo ,Cauēdum ne in chirurgia latum tenidium auferatur ne uteroſi ſiāt oculi

De ægilope fiſtula oculorum.

ἀιγίλωψ Etiam num in angulo,qui naribus,quē conthum uocamus græce propior eſt ex aliquo uicio,quaſi parua fiſtula aperitur,p quam pituita aſſidue deſtillat,ægylopa græci uocant,idq; aſſidue habet male oculum nonunq̄ etiam exeſo oſſe uſq; ad nares penetrat,idq; interdum naturam carcinomatis habet,ubi intentæ uenæ,& recuruatę ſūt color pallet,cutis dura eſt,& leui tactu irritatur,inflammationemq; in eas partes quę cōiunctæ ſunt euocat. Ex eis,qui quaſi carcinoma habent,curare periculoſum eſt. nā mortem quoq; ea res maturat,eos uero q bus ad nares tendit ſuperuacuum,neq; enī ſeneſcunt, At quibus in angulo eſt poteſt adhiberi curatio , cum eam non ignotum ſit eſſe difficilem,quantoq; angulo, propius id foramen eſt,tanto difficilior eſt, quoniā perangustum eſt,in quo uerſari manus poſſit.recenti tātum re mederi facilius eſt,difficilis etiam curatu morbus ob corporum tenuitatē,uitiatoq; proximo oſſe ad oculū pnicies immittitur. Cum primum ergo īcipit ardor, ſtatim inprimis diebus tētāda

eius expulſio, locum dumtaxat illiniendo collyrio aliquo expulſorio & torpefaciēte Quod ſi ardor nō cedat, curandus eſt alijs ardoribus, diſtrahentium medicaminum, quæ citra morſum exerceant. Nam ocul9 acutis, & languens locus pariter ægreſcit. Ego inquit Aetius, in necdum trāſmutatis ardorib9 barbaro uel leęnę, uľathcā, uel di iteon uel dioxeli emplaſtro utēdo diſtraho et ſubarefacio apoſtema.

Aeſculapius autem medicami9
na ad Aegilopas huiuſmo
di ſcripſit.

Elecrebe ſucci, quam agreſtem portulacā uocāt quidem, uel paruum ſemperuiuum ſtrychni ſuccum ana unciarum vi. libani, drachmarum viij. galbanes. unciarum. vi maſtiches unciarum. iij diſſoluēdo libanū coque. Cumq; diſſolueris galbane prius mollitam immitte. nam maſtichen omitti m9. Aliud fel porci in fumo areſcat, inde i9 ponat᷑ exhulcerato ægilopi.

Admodum laudatū ad uetuſtas
deſtillationes.

Viperarum capita exurito multum in aula, & diſſolutio cinerem ipſorum cum a marorum lupinorum coctione. & illinito tempora, & mirabere.

Circa temporum muſculos cataplaſmata, et reglutiatiões & unctiões. Ex Seuero.

Cum choregia nempe deſtillantia, nariumq; obſtipatio fluxuum in oculos ex imminentibus ſuperne locis fit. Hemigraniæ enim, & ſtupores, & profluxus capitis augent oculorũ dolores, unde etiã his breuia ſunt ferenda auxilia. V tendum itaq; agglutinationibus, & unctionibus, ut dictum eſt, in quibus ſtillant oculi, & quibus quę ſunt circa frontem, & tempora uaſa ſublata extundũtur. Nam ſi grauedo non ex eis, quæ circa frontem & tempora, & palpebras uaſa accidit, ſed ex eis, quæ in profundo ſunt glutinamenta, & unctiones magis offẽdũt. Præterea ſi ſine inflammatione deſtillationes fiunt oculorum cohibẽt glutinationes Ardore uero aduẽtate extendit magis premendo ex circumfuſis locis in ardores impulſi humores. Ex ſiligine igitur & ouis, & libano compoſitæ glutinationes auerſãdæ Nam arefacta explicant uaſa, & deſtillationes augent, at quę mollia perdurant extẽſionem non faciunt refrigeratione, et obſtructione uaſa corripiũt, his utendũ. Calida igitur diſtemperantia offendens eſt, crocũ opium. myrrham. libanũ ęque diſſoluẽdo cum aqua, ut in ſapæ craſſitudinem perue

niat, inungimus, & his in ſomnum prouocando dolorem amouemus, & fluuiatiles ſtratiotæ pariter diſſoluti cũ alohę idẽ preſtãt At poligõũ cũ maſtiche diſſolutũ et illitũ cõciliat et mãdragorę cortex cũ libano ad hoc mirifice facit, & maſtiche cũ ſucco braſſicæ illotæ diſſoluta ſubarefacit mirifice, & fabrorum ferrariorum æthale, quam uocãt hepheſtiũ aliquantulũ cũ ouo mixta, & cũ ouo extĩcta ĩ frigidis diſtẽperãtiis, et hirũdiũ ſterc9 cũ maſtiche, cũ oui albũĩe.

Totius capitis unctio. Ex Seuero

Caput totum calida diſtemperantia cõpræhenſum curato acacia cum uino ſoluta illiniendo. Eſt enim acetum uitãdum in huiuſmodi capitis unctionibus facit etiam ad hoc terra ſamia diſſoluta cum arnogloſſi ſucco, uel ſtrychni. At ſi cauſa fuerit frigidior, ut manifeſto languens capitis ſentiat frigiditatẽ, et ſtillantem lachrymam frigidã Contraria calidæ affectioni auxilia ſũt adhibenda. Cardamum nanq cum ouo diſſoluemus, & thaſſiam cum ſinapi aceto diſſolutam plurimum prodeſt. Libyci quoq cochlii cum libano ſoluti cum aceto multã profluxus delationem amputant. Hirũdinum quoq nidus cum ſuo ibidem cõperto ſtercore aceto mixtus moleſtis hemigra

nicis ſuccurrit, medetꝗ; doloribus, euphor biumq; cum aceto diſſolutum. Vtere etiã deſcriptis iam ſmegmatis in ueteribus capi tis doloribus.

Cataplaſmata lippientium Dio ſcoridis.

Mitigant impacta ĩflammatus oculorũ bati folia, aut halſines, aut triboli uiridis, uľ protulacæ, uel ſemperuiui, uel polygoni, uel ſeris, uel corii, uel cupreſſi uel hyoſciami folia ſoluta, uel colocynthę abraſiones, uel peponis caro, uel cydoniorum coctio, uel ipſa papauerum capita toſta diſſoluta im pacta Vtilis quoq; panis aqua aſperſus, diſ ſolutus cum aliquantulo roſaceo impoſitꝰ & ouum cum roſaceo, & uino diſſectum, ſumptum lanæ obuolutione, & impoſitũ uel ouis toſtis, aut elixatis ſi ſumatur uitel lus cum croco aliquanto, & opii faſeli ma gnitudine cum coctura diſſoluendo impo nito. Aliud Aeſculapii ad ingentes graue dines, & dolores, roſarum aridarum drach ma, opii drachma. croci drachma ſumatur Paſtilli fiant diaglyceon, in quibus melilo ta cocta ſint, & cum opus fuerit ſoluito cũ uino dulci, & pane commiſcendo ĩpingito

Aliud ad maximos dolores. & uigilias, pſilii ſemen in aquam immitte feruentem,

ſinito aliquantulum,& cum diſſolutum fu erit peruerte,& perturba,ut emplaſtri mo dus fiat,& inpinge oculo, & ſomnum faci es ſuauem. Aliud aridum ad acute cernẽ dum experientia compertum uerum. Cad miæ drachmę.viii. foliorum drachmę.viii nardi ſpicæ drachmæ.ii.piperis,croci,arſẽi ci.ſalis ammoniaci, chelidoniæ ana drach mę.ij. arthemiſiæ foliorum drachma,cum diſſolueris omnia utitor. Humor ad acu te cernendum malorum granatorum gra notum ipſorum ſume ſuccum,immitte in uas teſtaceum leuigatiſſimũ,& denſiſſimũ, & linteo tenui circumligato, depone in ſo le,quoad craſſitudinem mellis habuerit,& tantumdem inde imponito mellis, inde aſ ſeruato in uaſe teſtaceo, quod quo magis inueterauerit eo erit meliꝰ. Cum dormire igitur uelis ſublinito leuiter oculos,hoc pi ctoribus,hoc fabris argentariis,hoc ſenibꝰ hoc omnibus deniq; ſaluberrimũ Aliud Hirundinũ pullos uiuos in aulam cõiicito & illinito forinſecus totam torre,& diſſo lue cinerem cum melle utitor.Ego,inquit Aetius,arido uſus ſum ad leucomata. Ad ſuffuſiones incipiẽtes mel.oleum antiquũ & marathri ſuccum,ęque Eraſiſtrati hygra admodum utilis ad emphyſemata prurigi Aetius

noſa,& pſorophthalmias,ſclerophthalmi-
as.trachomata, & inueteratas lippitudines
ad aures purulentas,et hulcera quę difficul
ter lauentur & ſynanchen, & in ore, & in
pudendis paſſiones. æris ambuſti drachmę
ij,myrrhæ unciæ.iij.miſys toſtis drachmæ.
iij.piperis drachma. croci drachma, & di-
midia.uini auſteri ãtiqui cochliaria.iij.dul
cis cretenſis cochliarium & dimidium diſ-
ſoluendo tere cum uino,cum coiuerit im-
mitte dulce cretenſe & colligito,coque in
uaſe æreo molli igni quoad mellis craſſi-
tudinem habuerit, inde repone in pyxidæ
ærea.

Caſii ad acute cernendũ,& glau
coſes,& ueteres lippitudines
et obtuſos uiſ9 et caligines
plurimum laudatum

Fel ſumatur tauri, quicquid in ueſica cõ
tinebitur reponatur in pyxide ærea, ſinito
ad dies x.inde immitte myrrhæ,croci,opo
balſam ana drachmas.ij. piperis grãa.xx.
mellis optimi ut attici duplum quantitate
diſſolue omnia, & in uas æreum mitte &
coque in molli cinere pariter omnia, et in
uas ęreum ſine,quoad mellis habuerit craſ
ſitudinem & repone in ærea pyxide inde
utere .utendo tum demum intelliges quã-

tum poſſit. Aliud. Theriacæ andromachi drachmæ.iiii.ſucci cyrenaici drachmæ.vi. opobalſami drachmæ.ii. mellis ſine fumo drachmæ.v.cum uino dulci uetere diſſolu endo prius theriacam immitte opobalſa- mum,& mel,ac utere. Aliud ad ſuffuſiões adeo præſentaneum, ut intra dies quinq; cernant ægri mirificum aiunt adiumẽtum facitq; etiam ad aſperitates palpebrarum raro tale habetur medicamẽ.adeps uiperæ fel galli albi,chalcanthus,ruta agreſtis ſuc- cus.lac caninum, opobalſamum æque ex omnibus utere pro chalcantho non refert ſi chalcitim ſumas. Aliud quod tãtopere probat Aetius,ut nihil ſupra.ſtatuimus hic quidem nos eminentiora,et quæ maxime probari ſolent a pręſtantiſſimis medicis nõ congerere omnia quod ſi facere uelimus finis libro eſſet nullus,ait ergo id ſe magno labore aſſecutum,magnoq; munere facere q; ad omnia iam dicta multo meli9, & ad aſperitates palpebrarum & earum infirmi tatẽ ſumãt itaq; cadmię drach. viii.æris cõ buſti drachmæ.iiii.croci drachmæ. iiii.eri- cis arboris fruct9 drachmę.iiii acacię drach mæ.xii.gummi drachmæ.xii.opij

De non uellicantibus collyriis, Galeni.

Eorum quę non uellicare dicuntur quę-
dam ſunt terreſtris eſſentiæ abſq; manifeſta
ſrigiditate, uel caliditate, in horum medio
conſtituta, & horum ipſorum quędam pa
rum frigiditatis habent, uel caliditatis, quę
dam prorſus nullã talẽ uim indicant, totũ
nimirum ipſorum genus emplaſticum eſt
contrariam uim habentium opilantibus
cuiuſmodi ſamia ſtella. Magis enim tenuiũ
eſt partium q̃ ſit, quæ ſamia terra ſimplici
nomine nuncupatur cum abluta ſit bula et
cinis ipſiꝰ terſꝰ, et cadmia cõbuſta, et abluta.
hac quiddam eſt abſtergens, ſiue poſt uſtio
nem, ſiue abſq; ea abluatur. Bulæ autem
& cineri obſtruens quiddam eſt. uelut cõ-
buſto et abluto plumbo. Eſt namq; ſine uel-
licatione, et ceruſa diluta, eandẽ fere habent
quam uſtum & lotum plumbum uim. at-
qui eſt citra uellicationem, & tilis coctio, et
oui albumen, & tenue, & lac boni ſucci ge-
nere in hac ſpecie putandum. Gummi aũt
& tragacanthus. ſtymmi illotum ualidam
indicat uim obſtruendi. Exoluitur autem
ablutum, ut prope accedat ad non uellicã-
dum. Alterum genus eſt breuem habentiũ
morſum quod ipſis aliqua ammiſceantur
quæ parum obſtruant cuiuſmodi ſũt roſæ
& libanotus, ĩter paucã habẽtia opilatonẽ

ſunt roſæ, pauca uis abſtergendi eſt libano Libanotus calidus uim mediocrem habet habetq; ob hoc quiddam ad concoquen- dũ & ſine dolore. Ex hoc genere eſt ad con coquẽdum, ac diſtrahendum mediocriter. Crocum autem et myrrha inter ſeinuicem diſtant. Quod crocum quidem obſtruat mediocriter. myrrha uero abſq; obſtructi- one diſtrahat & areſaciat humiditates non inualide, Proferuntur itaq; a medicis mini- me uellicantia ubi affectiones fuerint cura- tu difficiles, in quibus hulcus eſt, aut ſolum aut cum abroſione ceratoidis tunicę, et an- te lapſum rhagoidis efduentibus ſaniebus uellicantibus. In his nãq; nullũ aliud medi camen uidetur congruere. Obſtruentibus quidem continentibus ſanies effluentes, & ob hoc ex eo morſu intenditur dolor. Acu tis autem affectione augentibus. at callanti um & diſtrahentium medicaminum uis euacuare poteſt, quod obortum eſt at non auertere hulceratum uel cicatricẽ obducere neq; præcoctum preripere, ac occludere. quemadmodũ nequidem concoquentiũ, tameiſi concoquere affectiones nõ parum eſt, quod dicendum etiam de eis quę acutã uel amaram uim habent medicamina. quẽ admodum quæ uellicant & exacuũt taliũ

ſunt affectionum. Ad multum uero uitiũ perueniunt nitroſam & ſalſam uim habentia. Ad huiuſmodi igitur affectiones facere uidetur iam dictorum medicaminum non uellicantium genus quę curare ſine morſu poſſunt hulcera, quæ acuti ſunt fluxus longo tempore in ægro loco abſumendo, & areſaciẽdo ſuccum uitioſum, Siquid diſtrahit etiam influẽdo utilis per loca ea ſãguis. Vocãtur autẽ a medicis huiuſmodi collyria libyana, & cygni admouent ipſa oculis terendo cum lacte boni ſucci mulieris, quoniam cuſtodire uolunt ouorum emplaſticum Compræhenſa namq; in lacte aliquo ſeroſo uim habente abſtergendi mediocris uſus ipſius eſt in cura expoſita, quæ egent plenitudine hulcerum, ea poſcunt ſine uellicatione abſtergentia. Quod ſi præſto nõ fuerit lac eiuſmodi, per ſilis coctionem melius fuerit in his terere collyria. nam et uim abſtergendi habet tilis quæ uero cinericia, puluericiaq; uocantur, communem habẽt uim ad conciliandum refrigerantẽ & mediocriter modo uellicantẽ.

De non uellicantibus, & albis collyriis

Alterum autẽ eſt album collyriũ, quod multos quidem præterit ex conſtructionis

abſolutione, inde a quibuſdam minime eſ-
ficax exiſtimat. Mirifice igitur facit ad om-
nem calidam lippitudinem. facit etiam ad
pruriginoſas & abroſas palpebras, ſæpe
enim nobis multa facientibus in tali diſtem
perantia aſſequi quicq̃ nõ poſſumus. inquit
Aetius at ſero hoc adepti in eo magnum
inuenimus adiumentum, ubi affectio diffi
cilis curatu foret, ac prope incurabilis, eo-
uſq; deuenit ægrotus, ut diuinitus oblatũ
diceres collyrium. Arefacit nanq; oculorũ
humorem citra morſum ullum, ut deum
feciſſe medicinam putes. tam breui tẽpore
ſeruatq; oculum perturbatione immunẽ.
Curat uero ſtatim & ſub paruis angulis ĩ
albo emergentes rubores. Affectionibus
igitur memoratis in quibus hulcerationẽm
ſubeſſe memorauimus mirifice medetur,
ut alio nobis opus nõ ſit adminiculo. Vti-
mur tamen, alias aliter. nam in circũeunte
dolore cum albumine oui, ita nãq; demũ
concinatur, In quibus autem dolor nõ do
minatur, Palpebræ uero craſſeſcunt aqua
illinimus. aliquando infundi muſeam. in
omniq; lippitudine ubi ſuperfluam aliorũ
collyrium ſpectamus materiã hoc cõgruis
alia namq; opium admittentia, et amylum
quandoq; myrrhã ferentem ſecum obſtru-

ctionem opilationemcꝫ ab his hoc immu-
ne eſt, quippe quod exuſtiões palpebrarũ
& ſolis circum ambuſtiones & tenues, &
acutos fluxus aqua illitum obtundit, quan
docꝫ roſarum coctiõe. Glaucophthalmos
& cryſtaloidis humoris ſitum recte lucidũ
facit aqua perfuſum. Compoſitio autem
collyrii hæc, Ceruſæ unciæ.ii.cadmiæ un-
ciæ.vi.tragacanthi unciꝯ.iii.cadmiam bo
tryhiten prunis ardentibus obruimus ſu-
ſcitantes flammam, & flagrantem cadmiã
tollimꝰ, extinguimꝰcꝫ lacte aſinino. Dein-
de ſecundo prunis obtegimus et flagrantẽ
lacte extinguimus. Tertio idem facimus,
inde ſcindendo & colando tenui cribro, in
aulam aliquam profundam immittimus,
inde inuergimus fontãam aquam puram
diſſoluimus. Inde ita ſinimus, & ſiphone
aquam exugimus cum inſidente ſitu, rur-
ſus puram aquam iniicimus et multum diſ
ſoluimꝰ, rurſus ſinimus ita et ſiphone aq̃m
haurimus, idcꝫ ſæpius facimus, quoad in
aqua nullus fuerat ſitus. Poſtea cadmiam
bene areſaciendo & ſtatuendo uncias ſex
in aulam collyrium immittimus, aquã plu
uiam puriſſimam inuergendo diligentiſſi-
me diſſoluimus, ne ſub linguam aliqua ue
niat, ſentiaturcꝫ aſperitas, atcꝫ ita ceruſam

abluendo immittimus cadmiam diſſoluen
doq; ipſa ad dies.xv.cum aqua pluuia, tũ
ſumimus tragacanthum albam & perluci
dam, & abluendo eiicimus, quicquid in ip
ſa fuerit harenoſum, coctionem tilis aſper-
gimus & ſinimus irrigari diem noctemq;
unam modo. Plurimus autem tilis ſuccus
immittendus abſorbetur, ſiquidem a traga
cantho, tanq̃ a ſpongia. Secundo demum
die in aula pura paulatim diſſoluemus tra
gacanthum, quę iam diſſoluta ſunt in aula
reponimus, & curioſe remiſcemus, ac ex-
plicamus in uitreis tabellis, linteoq; tenui
operimus, cuſtodimus locum ab humore
ubi ſpiret uentus. calat namq; collyrium,
ac ad impingendũ tardat, ſi in loco ponatᷓ
humecto. Eſt ergo collyrii præparatio. Ali
ud. Indicum regium inſcriptũ facit ad ſuſ-
fuſionum primordia, omnemq; obtuſam
oculorũ aciem, & cicatrices abſterget. Cad
miæ uſtę & ablutæ unciæ.vi. atramenti in-
dici, unciæ.vi. cæruſæ, unciæ.iiii. piperis al
bi, unciæ.vi. fellis hyænæ quantumcunq;
habuerit ſcarorum piſcium decem quicq̃d
fellis habeāt. perdicum quatuor quicquid
habeant fellis, opii uncia, opobalſami, un-
cię.ii. gũmi libra cũ ſucco fœniculi oĩa.
¶Erratũ primi ſexterniōis, cap, de iflāmati-

F

one in multitudine.c. Hipp.lib.6.Aph.31.
Dolores oculorum,meri potio,aut balneũ
aut uenæ ſectio. &c.

ARISTOTELIS PROBLEMATA QVAE AD OCVLOS pertinent.

CVr oculo perfricato ſternuta-
re ceſſamus. An ob eam rem
humoris reſpiratio moueat.
lachrymam enim oculus per-
fricatus emittit. ſternutamẽtũ
humoris copia excitatur. An quia plus ca-
loris,minus corrumpit,abſumitque. Ocu-
lus autem perfricatus plus caloris ſibi ac-
quirit, quam nares cõtineant. quamobrẽ
etiam ſiquis naſum perfricuerit, ipſum ſter-
nutamentum deſiſtet.

Cur uno oculo exquiſitius cernit quam
duobus An quia plures motus duobꝰ quã
uno excitantur. quemadmodum oculis p-
uerſis multiplicem agitari motum certum
eſt,ergo duorum unus motus non eſt uniꝰ
unus,et ſimplex eſt.itaq; efficitur,ut exqui-
ſitius uno,quã duobus cernatur.

Cur homines irati oculis maxime eru-
beſcũt.pudefacti auribus. An quoniã oculi
refrigerantur eorum,quos puduit. Pudor

enim in oculis eſt, nec reſpicere ualẽt, quos pudor tenet, et timor, quoq; refrigeratio loci eiuſdem eſt, calor autem in partem trãſit aduerſã, quæ poſterior eſt, aures uero ſatis ex aduerſo poſitæ ſunt, itaque pudore maxime erubeſcunt, iratis porro præſidium in eam partem tanquam uilatam tranſmittit, quæ & ſenſu, & motu facilior eſt, nam & i metuẽdo calor eam ipſam maxime deſerit.

Cur altero oculo apprehenſo, alter conſtantius cernat, An quia oculorũ initia ex eadem dependent, cum igitur alter mouet commune quoque illud mouetur initium, quo mouẽte alter etiam oculus moueatur neceſſe eſt. quamobrem altero apprehenſo uis illa communis tota alterum mouebit. itaque plenius cõtendere poterit.

Quam ob cauſam qui cæci ab ortu naturæ ſunt. calui nunquam efficiantur. An quia humor cum redundat in capite, oculos uehementer infeſtat, qua de cauſa quibus fluctiones oculos urgent, uenas temporum ferro candente medici tangunt, quo humoris foramina obcæcentur, atq; ſpiſſeſcant. & caput quoq; diſſecta cute obſcalpere conſueuere, cũ igitur humor excreſcẽs, uacanſq; in capite oculis detrimento ſit, fieri poteſt, ut minus humoris in caluaria ob

idipſum conſiſtat, quia magna parte lapſꝰ
in oculos eſt & cum excrementis humorũ,
materiaqꝫ inutili capillus proueniat, quę q̃
dem in capite cæcorum ab ortu naturę lar
ge redundant, merito nunquam iſti calui
efficiuntur.

Cur homines, qui oculis prominẽtiori-
bus ſũt, magis a fumo infeſtantur, An quia
fumus citiſſime oculis procedentibus in-
curſat.

Quam ob cauſam utrumqꝫ aſpectum
ſimul diuertere dextro, ſiniſtroqꝫ uerſus, &
ad nares demittere atqꝫ etiam alterum dex
torſus, ſiniſtrorſuſqꝫ deducere poſſimus
utrumqꝫ uero ſeorſũ, alterum ſiniſtrorſue,
alterum dextrorſus ſimul diſtrahere nũquã
poſſumus. Quinetiam deorſum, ſurſumqꝫ
haudquaquam ita conuertere licet, quãuis
facultas ſimul dimittendi in idem detur (ut
dictum eſt) An propterea ꝙ quamquã du
plex aſpectus ſit, ex eadem tamen origine,
æquo modo nexus, aptuſqꝫ dependet. Vbi
autem ita eſt, quotiens alterum extremum
mouetur, reliquum cõſequatur eodem ne-
ceſſe ſit. alterius enim extremi principium,
extremum reliquum eſt. Quod ſi res una
ſimul, ac eodem in tempore nunquam in
partes aduerſas moueri queat, nec aſpectus

ita moueri poterit. quippe cum ita commit tatur, ut extrema in partes moueantur ad uerſas. Siquidem alter ſurſum, alter deorſũ mouebitur, initiumq; ſequi utrumq; neceſ ſe ſit, quod impoſſibile eſt. Oculorum ue- ro limitas euenit, quia globi continentur principio, quo & ſurſum & deorſum, & la tera uerſus lubrico ſeſe uertere poſſint Cũ igitur ita poſiti ſunt, ut ſitu inuicem ſimili reſpondeãt, atq; medium teneant, mouẽdi ſeſe ſurſum, deorſum, latuſq; uerſus, eodẽq; in puncto ſibi pupillam habeant, tunc ſitu integerrimo conſtans, præcipueq; mobiles circumaguntur, at qui eodem in puncto pupillas continent, limi quidem non ſunt, diſcrepare quanquam inter ſe poſſunt, & a liis parte alba retracta, nigræ non nihil oc- culiter modo eorum, qui ſternutaturi ſunt aliis in angulum exteriorem nigra conuel litur, ut furioſis, aliis in interiorẽ nares uer- ſus incũbit, ut tragicis, laruis, hominibuſq; acerbis ſeueriſq; Sunt enim contuitu graui cogitabundoq; Quotiens uero ſitu diſſimi li globi poſiti ſunt, ſed pũcto eodem radii profluunt, aut ſitus ſimilis eſt, ſed punctum nõ idem, limis oculis hominem eſſe neceſ- ſe eſt itaq; hic ſuſpicit, & oculos contrahit. Globũ enim eundẽ in habitum collocare

conatur, atq; alterum firmum continet, alterum agitat, haud enim fieri poteſt, quin limus ſit, qui non eodem de puncto radios depromat. quippe qui dimotum contuēdi principium habeat, perinde ac ille, cui res una gemīari oculo ſuppreſſo uidetur, ergo ſi oculus ſurſū dimotus eſt, terminus inſpiciendi deorſum eſt, ſed ſi ocul9 lapſus deorſum eſt, terminus ſurſum habetur. Oculo tamen uno ſitu ſuo dimoto moueri quidē res una ſurſum, deorſumue ob idipſum uidetur, quia pupilla ita ſe mouet, ſed gemīari haud unquam uideri poteſt, niſi duplex conſpectus ſit, peruertaturq; ratio uidendi. ita fit, ut ſtrabonibus res eadem geminari uideatur. cauſam ſitus habet, eo ſcilicet, q̄ oculus non ſuo medio nexus, locatuſq; eſt.

Quamobrē qui cognomen luſcioſi habuerunt, litteras minutas ſcribere conſueuerunt. Mirum enim, ut qui obtuſis ſunt oculis, rem faciant quam eorum facere intereſt, qui acumine ualeant oculorū, Vtrū quia proxime poſita magna eſſe uidentur. illi autem oculis proxime admotis ſcribere ſolent, An quia cōtractis palpebris ſcribāt, fit enim per imbecillitatem, ut ſi laxatis, diductiſque oculis ſcribant, aſpectus diſtract9 paſſuſq; hebeteſcat, ſi adductis, & conniuē

tibus uniuerſum deprōptus acutius uideat Quod tamen angulum īformat exiguum, efficit neceſſario, ut exigue litteræ ſcribātur

Cur nonnulli poſt lippitudinem acuti9 uideāt. An quia purificati oculi ſunt, ſit enī ſæpe, ut exterior denſitas pupillę aciem arceat, quę lachryma emiſſa laxatur, atq; reſoluitur. Quamobrem proſunt interdū, quæ mordent. lachrymam euocant, ut cepæ obſunt quæ tantummodo afficcent, ut origanum.

Cur uno uidere oculo impatibilius ſit. An quia minus animo, qui ita cernit, afficitur, quo ſit, ut minus affectionis contrahatur.

Cur diſtracta cōſpectuum ſocietate, res una geminari uideatur. An propterea, q̄ oculi utriuſq; radius non ad punctum idē deuenit. ergo q̄ bis noſter animus inſpexit idem geminum ſe inſpexiſſe exiſtimat. Proximum euenit, cum digitos mutatis uicib9 implicamus, itaque aliquid tangimus, duo nanq; ſentimus, eo q̄ unum bis tangimus.

Cur ſenſus dexteri nihilo ſiniſtris pręſtātiores ſint, cum in cæteris omnibus dextra ſiniſtris commodiora habeamus. Vtrum ex conſuetudine ita ſiat Statim enim cum nati ſumus, utrumque ſenſum exercere ici

pimus. Pars autem dextra exercitatione inſueſcere, in quæ frugem euadere meliorem uidetur, effici nanque utrinq; dextri per cõſuetudinem poſſunt. An quia ſentire affici eſt. Pars autem dextra prçſtanttior propterea ẽ, q eſficacior, & affici peruicacior quã ſiniſtra eſt.

Cur in cæteris dextra ſuis ſiniſtris prçſtãtiora ſunt, ſenſus nulius dexter ſuo ſiniſtro intereſt. An quia parte ſentiendi utraq; pariter uti a primo natali die conſueſcimus. Adde tamen, q rõ ſentiendi affectio quædam eſt, dextrarum autem partium differẽtia in efficiendo, non patiendo ſita eſt.

Cur exercitatio corporis incommoda oculorũ acumini eſt. An quia exercitatio ſanguinem efficiat ſicciorem, ſicut etiam reliquum corpus. Siccitas autem totam cutẽ indurat, ergo uel eã, qua pupilla integitur quapropter homines natu iam grãdes obtuſius uident, oculi nanq; ſenum tunica dura, ſimulq; rigoſa teguntur, itaq; uix illa cõſpiciendi cooperitur & delitæſcit.

Cur homines luſcij cognominati, qui obtuſe uidẽt. litteras ſcribere minutiſſimas poſſint, cum rem minutam perſpicere illi ualeant, qui acumine oculorum præſtant. An quia conſpectu ſunt ibecilli, palpebras

contrahant in anguſtum. Cum enim radi us profluit uniuerſus acutius explorare poteſt. contra laxo. diductoq́; oculo, diffunditur. ob eamq́; rem hebeteſcit, ergo imbecillitas facit, ut palpebras contrahant in anguſtum, quod cum ex anguſto inſpiciant, exiguam magnitudinem uideant, quantaque uident, tanta perſcribant, neceſſe eſt.

Sed cur ijdem illi contractis palpebris uideant. An propter ſui conſpectus imbecillitatem. Vt enim manum rebꝰ ſepoſitis admouent, ſic palpebras iuxta poſitis perinde quaſi manum adijciunt. quod ſane faciunt, ut radius per locum ſeſe depromēs anguſtiorē, congeſtior profluat Ne protinus ex pauculo proficiſcens diſtrahatur, uidet aūt is acutius, qui frequentior, collectiorq́; prodierit.

Cur non res una geminari uidetur, cū in latus oculum uertimus. An quia conſpiciendi primordium eadem item in linea ſitum eſt. tunc enim res geminari uidetur, cū illud mutatum ſurſum, deorſumue eſt. in latus uero nil refert, niſi una etiam ſurſum moueat.

Cur in ratione uidendi tantum fieri poſſit, ut res una geminari uideatur, ſi quodāmodo inuicem oculi locentur, in cæteris

ſentiendi generibus fieri identidē nequeat. An etiam in ratione tangendi cum digitos mutatis uicibus īplicauimus, fit ut res una duæ ſentiātur, in cæteris hoc idem fieri nequit, quia cætera membra, quibus ſenſio adminiſtratur, neque foras uerſus deducta, necꝗ bina tā inter ſe apta, colligataꝗ ſuo fūguntur officio. fit ita in rōne uidendi eadē de cauſa, qua in tangendo perplexis (ut dictum eſt) digitis. Tactus.n.uiſum ęmulatur & ſequitur.

Cur oculus ſiniſter nihilo imbecillior eſt ſed ęquo modo, atque dexter uidere poteſt cum reliquę corporis partes omnes ſiniſtrę inualidiores, quā dextrę ſint, An quia pars dextra ī eo diſcrepat a ſiniſtra, ꝙ efficacior eſt, non in eo, ꝙ affici aptior. videndi autē uires non ut afficerent. ſed ut afficerentur comparatum a natura eſt.

Quam ob cauſam cum cęteras intuimꝰ res. conſpectus noſter ſatiſcit, atꝗ deterior redditur, cum ad uirides, & herbeſcētes inſpicimus, ut olera, cęteraꝗ his ſimilia, recreatur, meliorꝗ euadit. an conſpectum in alba, nigraue intendere minime poſſumus propterea ꝙ utrumque id genus colori. uidendi uiribus officit, colores autem illis quibus oculis acquieſcunt, medium albi,

nigrique obtinẽt. itaque aſpectus cum me-
diocri, lenique obuio afficiatur, nihil debili
tatur. immo uero corroboratur, atque refi
citur, & forſan quemadmodũ cũ corpora
noſtra uehementer laborãt, deterius habẽt
cum mediocriter optime afficiũtur, ita etiã
oculi cum ad res ſolidas contendunt, labo
rant laſſanturq́;, cum ad humidas, molleſq́;
ꝙ nil ſibi obſtat, paſſim oberrant, & licẽtia
perliqueſcunt, cum ad uirides, ꝙ iſtæ ut ſo-
lidæ mediocriter ſunt, ita ſatis humoris cõ-
tinent, neq́; ullo detrimento afficiuntur, &
ad immorandum in hiſce amplius innitãt
eo ꝙ coloris huiuſmodi habitus modice ſe
conſpectui offert.

Cur cætera melius utroque oculo cerni
mus. rectam uerſuũ uirgulam uno litteris
admouẽtes ĩſpicimus exquiſitius An quia
radii oculi utriuſque non ſine perturbatio-
ne in idem concidunt, ut autores conſpiciẽ
di rationum affirmant, itaq́; cum uno inſpi
cimus. ad rectum conſpectum tanquam re
gulam melius, quod rectum eſt, deprehen-
dere, iudicareque habemus.

Cur fumus oculos potius infeſtat. An
qa ĩfirmiſſimi ſũt ĩfirmiſſia nãq́; oĩa quę cor
pori interſerta occuluntur. indicium ꝙ ace
tum, & quodque acre carnem non exterio

rem ſed interiorem demordet,an quia laxi ores,refertique meatibus ſunt. Conſpectus enim per quoſdam meatus protruduntur, et excidunt. itaque quod his mordaciſſimū eſt,cæteris corporis partibus obuium ſubire denſiora non poteſt,ſed perreptat,& decidit. æquo modo & cepæ, & quæcunque talia oculos mordent. Oleum omnium maxime humorum id facit, quia tenuiſſimum eſt,ob eamque rem meatibus ſe expedite inſinuat. acetum reliquis partibus corporis pro medicamento eſt.

Cur oculus ſolus omnium membrorū non rigeat,cum infirmiſſimus ſit. An quia opimus eſt, nec carnis quicquam in ſe continet. Quod autem tale eſt,ſecurū manere a frigore poteſt. haud. n. audiēdi ſunt illi,qui propterea rigere oculos negāt,quia uis illa cōſpiciēdi ignis eſt,nō enim talis in oculo ē ut calefacere ualeat.

Cur lachrymę,q̄s mœrēdo emittiꝰ calidę ſunt, q̄s oculis laborādo frigidę,An qa frigidū qđ īcoctū,crudūq; eſt,calidū qđ cōcoctū. Lāgorē aūt omnē ex cruditate proficiſci nullū dubiū eſt. Qđ cū lachryma cruda eorū ſit,q ualitudīe oclorꝝ laborāt, nō immerito frigida ē,hic medici ſudorē frigidū argumētū grauis eſſe morbi exiſtimāt,cali

dũ cõtra decretoriũ eſſe, & ſalutarẽ.cũ enĩ uacans materia multa eſſe,ſatis a calore in teriori concoqui minime poteſt.itaq; frigi dam eſſe neceſſe eſt, cum pauca eſt,plene a calore uicta concoquitur. morbos autem copia uacantis materiæ confici certum eſt

Quare cum partes corporis noſtri dex- træ mobiliores ſint. oculus ſiniſter expediti us quã dexter cõtrahi? An'propterea,φ oĩa ſiniſtra dextris humidiora ſũt. Humidio- ra autem contrahi plenius poſſunt.an dex ter amplius efficere poſſit, ſiniſter uel ex ſe ut humidior obſequẽtior ſit.

Quam ob cauſam cum & ſenex & luſ cius per imbecillitatem parum oculis uale- at,alter proxime admouet,ſiquid inſpicere uult,alter procul abducit. An quia diſſimi lis eorum imbecillitas eſt. Senex.n. quia ui dere non poteſt,ubi'minus radii coeunt,rẽ uidẽdã eo abducit, ubi uiſurus maxime eſt procul enim coire radii ſolent. Luſcioſus ille uidere quidem rem iſtic põt, ſed quænã rei conſpectæ caua ſint,quæ ue excedant,di ſcernere nequit. itaq; in his fallit, caua quip pe,et excedentia ſplẽdore diſcerni maxime poſſũt. Quẽ quoniãprocul p̃cipere quẽad- modũ rei obuię ĩgruat,neq̃ãt,pxĩe adducũt

Cur homo ſolus,aut certe maxime ani-

mantiũ omniũ oculis deprauetur per limi
tatem. An quia uel ſolus, uel maxime comi
tiali morbo in tenera ætate laborat, cum
deprauari omnibus accidit.

Cur uni animantium homini tranſuerti
deprauariq; per limitatẽ oculi poſſit. Vtrũ
ꝗ oculos minimo interſtitio diſcretos, e di
rectoq; poſitos homo habet, perſpici ideir
co menda in eo maxime poſſit. an quia cæ
terorum animãtium oculi unicolores ma
xime ſũt. Nec deprauatio ſequeretur ſi uno
quolibet colore præditus oculus eſſet. an
quia ſolus ex omnium animãtiũ genere
comitiali rapitur. Quod genus morbi trãſ
uertere oculos ſicut cætera etiam membra
poteſt Nonnullis tamen, ut ſero eo morbo
uexari incœpere, ſic lumina ſero deprauãt.

Quam ob cauſam manu præ lucerna,
aut ſole obiecta melius ĩſpicere poſſumus
An quia lucernæ ſolisue lux, noſtris occur
rens luminibus, reddit ſuam ob nimietatẽ
infirmiora. quippe quæ rem etiam ſibi co
gnatam interimere præ ſua poſſit exuperã
tia. at uero manu ita arcente, nec luminum
acies offici poteſt, & res uiſui obuia nihilo
minus in luce poſita eſt. unde fit, ut & acies
plenius agat, & res inſpectanda nihilomi
nus uideatur

Cur manus dextra, & pes dexter a ſuis ſiniſtris differunt, oculus, & auditus nullo diſcrimine diſtãt, An quia immiſta, ſyncera qꝫ elemẽta ſuſquedeqꝫ ſunt. Diſcrimen uero ſitum in his eſt. quæ elementorũ coitu conſtant. Sunt autem ſẽſus iſti e ſynceris illis, imiſtiſqꝫ. Viſ9 ſcilicet ex igne, audit9 ex aere.

τέλοσ

Argentinę per Henricum Sybold,
Menſe Martio.